Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica
[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] 



Cum autem sacre virgines cum eisdez epi
scopis a roma redirent. Ethereus a dño ꝓ
monet᷑ vt ꝓpꝛinus surgens sponse sue occur
rat vt cū ea in colonia palmā martirij acci
piat. Qui diuinis monitis acqescens matrē
suam baptisari fecit. Et cū ipsa ⁊ sorore sua
paruula Florentia iā xpiana ⁊ Clemente e
piscopo virgib⁹ obuiās ad martiriū socia
uit eisdē. Marculus quoqȝ eps grecie ⁊ ne
ptis sua constantia q̄ fuit filia dorothei con
stantinopolitani que nubens cuidā adoles
centi filio cuiusdaȝ regis. sed ante nuptias
morte preuento virginitatē suam dño vo
uit. per visionem admonita romā venerūt.
⁊ predictis virgibus ad martiriuȝ se iunxe
runt. Omnes ergo virgines cū predictis
epis coloniā redierunt ⁊ ipsam iam hunis
obsessam inuenerunt quas barbari viden
tes sup eas nimio cū clamore irruerūt ⁊ qua
si lupi seuientes in oues: totam illam mł
titudinem occiderunt. Cū autē ad beatam
vrsulam ceteris iugulatis venissent vidēs
princeps eius miraȝ pulchritudinē obstu
puit ⁊ ꝯsolās eā super nece virginū ꝓmisit
ꝙ eam sibi coniugem copularet. sed cum
hoc illa penitus respuisset ille contemptuȝ
se videns tunc directa sagitta eā transfigit
⁊ illa martiriū consummauit. Quedaȝ
autē virgo nomīe cordula timore perterri
ta in naui nocte illa se abscondit. sed in cra
stinū sponte morti se offerens martirij coro
nam suscepit. Sed cū eius festū non fierȝ
eo ꝙ cum alijs passa nō esset ipa post lōgū
tēp⁹ cuidā recluse apparuit ꝑcipiens vt se
quenti die a festo virginū eius quoqȝ solē
nitas recolatur. Passe sunt anno. ccxxxviij
Ratio autē tpis vt quibusdā placet nō su
stinet ꝙ hec tali tempore fuit pacta. Sicilia
eñi tunc non erat regnum nec constātinopo
lis cū hic fuisse dicatur cum virginib⁹ has
reginas. Verius credit᷑ ꝙ diu post ꝯstanti
num impatorē cum huni ⁊ gothi seuiebāt
tale sit martiriū celebratū tpe. s. maximiai
impatoris qui regnauit anno dñi. ccccl ij.
vt in quadā cronica legit᷑. Abbas quidā

ab abbatissa colonie corpus vni⁹ virginū
impetrauit ꝓmittens ꝙ ipaȝ in capsa argē
tea in sua ecclia colocaret. Sȝ cū ꝑ annū in
tegꝝ sup altare eaȝ in capsa lignea tenuissȝ
quadā nocte dum abbas ipsi⁹ monasterij
cum suo conuentu cantaret virgo corꝑali
ter desuper altare descēdit ⁊ ante altare se re
uerenter inclinans per mediū chorꝝ viden
tibus monachis ⁊ stupentib⁹ inde recessit.
Abbas ergo ad capsam currēs vacuā ipaȝ
inueniens coloniā ꝓperauit ⁊ abbatisse rei
ordinem intimauit. Pergētesqȝ ad locuȝ
vnde illud corpus sumpserāt illud ibidez
inuenerunt. Cū abbas veniā petens illud
vel aliud peteret certissime ꝓmittens capsā
preciosam citius se facturꝝ nullatenus ipe
trauit. Religiosus quidā cum has vir
gines in deuotiōe multa haberet quadam
die dum grauiter infirmaret᷑ vidit quādā
virginē pulcherrimā sibi apparentem. ⁊ si
se cognosceret inquirētem. Qui dū ad ei⁹
visionem miraret᷑ ⁊ se nequaqȝ ipsam cog
noscere fateret᷑. illa ait. Ego sum vna vgi
num erga quas tantū habes dilectiōis affe
ctum. Et inde mercedem accipies si amore
⁊ honore nostri vndecies milies dñicam o
ratiōem dixeris. i hora mortis in ꝓtectionē
⁊ in solacium nos habebis. Qua dispare
te ille q̄ꝫcitius potuit hoc impleuit. Stati
qȝ vocato abbate inungi se fecit. Qui cum
vngeretur subito exclamauit vt fugerēt ⁊
vt sacris virginibus venientib⁹ locum da
rent. Quem cū abbas quid hoc esset inter
rogaret. ⁊ ille ꝓmissionem virginis sibi ꝑ
ordinem enarrasset. recedentibus cunctis
⁊ paulopost redeuntib⁹ ipsum migrasse ad
dñm inuenerunt. De sancto Seuerino
⁊ de scis Crispino ⁊ Crispiano quere per ta
bulam

## De nominibus.

Symon interpretat᷑ obediens vel po
nens tristiciam. Hic habuit duplex
cognomen. Dictus est eñ symon zelotes
⁊ symon cananeꝰ a cana vico galilee vbi do
minus aquam in vinum mutauit. Et idem
est zelotes quod cananeus. Cana eñ zel⁹



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0407
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG